

Neque ad abstinentiam à carnibus.

dum aliam esse eorum mentem, qui ieiunium aliquod speciale constituunt, cum membrorum sensus Capitis sui debeat sensui esse conformis. Quod & intelligendum de ieiunio imperfecto, abstinentia inquam sola à carnibus: quia cum non exprimitur, non est cur debeat ea fieri discretio ut illi grauentur, quorum iugum oportet leuius reddi, & de quorum imbecillitate agit idem Auctor num. 4. quæ generalis quidem non est, sunt enim quamplures eorum robustissimi. Quod autem eorum aliquando imbecillitas generaliter prædicatur, ut in Concilio Limentis, de quo diximus numer. 432. ad animam est potius, quam ad corpus referendum, ut ibidem Concilium expoluit addens & spiritualis sensus inopiam &c.

CAPVT XIX.

De Priuilegijs Indorum circa decimas, & primitias, pro quibus quintum Ecclesie Præceptum.

Circa obligationem Indorum soluendi decimas dictum supra, & quæ dici generaliter possunt, ad eorum causam coarctando, pro ea

Affertio 1. Indos ad solutionem decimarum conuenienter obligari.

Cap. Parochianos

Quomodo illa ex diuina institutione.

447 Dico primò. Indos decimas, & primitias, aut tale aliquid Ecclesie soluere, res est sanctissima, & quæ ab omnibus recte sentientibus debet commendari. Id constat ex Alexandri Tertij Constitutione in Cap. Parochianos, de decimis, ubi sic ait: Cum decima, non ab homine, sed ab ipso Domino sint instituta, quasi debitum exigi possunt. Sic ille. Sunt quidem à Domino instituta in veteri lege; ex quo constat esse illas iuri ac diuinæ institutioni conformes. Licet autem in lege gratiæ præcepta veteris, quæ iuris erant positui, non obligent; ex institutione tamen illa, quæ in iure naturæ fundatur, optimè potuit Ecclesia formam præcepti desumere, ut id statueret, quod alendis Ministris, & decori suo sustentando ac promouendo opportunum videretur. Quotam ergo Ecclesiastici iuris esse, solutionem verò in genere diuini, quatenus ex naturæ instinctu descendit, sic dictante Deo, ut danti spiritualia, non ut pretium, sed ut alimenta corporalia ministrarentur, communis Doctorum resolutio est, qui videri possunt apud Dom. Solorzanum Tomo 2. Lib. 1. Cap. 21. numer. 44. & seqq. & in Politica Lib. 2. Cap. 22. §. El segundo, & seqq. & P. Fagundez Lib. 1. circa §. Ecclesie Præceptum. Cap. 1. num. 1. & seqq. Licet non desint multi Canonici iuris Interpretes, qui præfatis Alexandri Tertij verbis, & consimilibus aliis Innocentij Tertij in Cap. Tua nobis, & Cap. Cum non sit, eodem Titulo, innixi, jus in quotà etiam diuinum agnoscant, ut videri apud citatos potest, & alios de hoc agentes. Hoc autem sic stante, quòd Indi ad Christum conuersi, & ab illis præcipue progenti, soluere decimas debeant, exploratum est, cum subditi Ecclesie sint, & ad sustentationem sibi in spiritualibus seruiendum teneantur. Neque enim illi spiritualibus ministris occupati fodere aut arare possunt, nec debent mendicare. Quòd si D. Paulus suo se labore sustentabat,

scenæ factoriam exercens artem, id quidem ex supererogatione ingentis spiritus factum, non ex obligatione, cum à Christo dictum fuerit Luca 10. v. 7. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Pro quo & Apostolus ipse 1. Cor. 9. longum discursum atexit, & inter alia sic dicit: Sed non vsi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altari deseruiunt, cum altari participant? Ita & Dominus ordinauit vs, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere. Ego autem nullo horum vsus sum. Non ergo Indi ab hac diuina & naturali lege exempti sunt: modus autem in ea seruandus potuit ab Ecclesia præscribi; & sic factum decimarum imposita præstatione.

Affertio 2. Indos non teneri soluere decimas, si aliquid tribuunt pro sustentatione Pastorum.

Cap. Ad Apostolicæ.

Cap. Nouum genus.

448 Dico Secundo. Decimæ non ita debentur ab Indis, ut si aliunde Pastores alant suos, debeant illas, aut minus etiam aliquid ex natura prouentibus exhibere. Id constat ex Cap. Ad Apostolicæ, citato Titulo, ubi duplicem decimam soluendam non esse decernitur, sed vnicam illi Ecclesie, in qua fideles Ecclesiastica percipiunt Sacramenta. Item. Quia decimæ stipendium laboris spiritualis sunt; vnde in Cap. Nouum genus, ibidem, sic dicitur: Illi profecto Clerici, qui à Clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent. Sic ibi. Pro quo Caietanus 2. 2. q. 87. art. 1. §. Ad hoc dicitur. Nulli autem pro ordinario labore duplex stipendium debetur, nisi fortè nouus titulus, aut incrementum laboris accedat, ut videri potest apud P. Lessium Lib. 2. Cap. 24. Dub. 5. P. Fragosum Tomo 1. pag. 420. num. 58. & alios. Magisque pro instituto præsentis P. Suarez Tomo 1. de Religione Tractat. 2. Lib. 1. Cap. 5. num. 8. Hinc est vt cum Indi, dum tributum soluant, partem eius pro Parochorum sustentatione contribuant, secundum id, quod Regiis est legibus ex Pontificia facultate constitutum, non debeant vterius decimarum exactionibus aggravari. Quòd si decimas ab eis exigi videatur expediens, vt Indi magis Ecclesiasticis institutionibus conformentur; minuatur tributum iuxta eam partem, quæ pro primo effectu, ut dicitur, doctrinæ inquam, exhibetur. Neque enim dici potest decimas etiam deberi ad sustentationem Prælatorum, vt sunt Episcopi, & alij: vt ait P. Suarez supra num. 7. nam pro illo ea sufficienti quæ ab alijs fidelibus ministrantur, & vt ministrare possint, Indorum operæ conferunt, quia in eorum prædijs vt laborent, exiguo designato stipendio, compelluntur. Item Hispani ob titulum dictum non soluant decimas, & tributum aliud: ergo neque Indi soluere debent: quæ est euidentis consequentia. Et ita quidem, vt dixi alia, à supremo est Indiarum Consilio post diuertnam controuersiam iudicatum: sed illius sententiæ oblectatum validè, vt fit passim in iis, quæ pro Indorum commodis disponuntur. Quid autem in talibus pro foro conscientie liceat, sciunt illi, qui aliquid sciunt, vnde non est opus circa illud immorari. Pro quo etiam

Ob titulum sustentationis Prælatorum non debentur ab ipsis.

Affertio 3. Consuetudinem non obligari, nisi semper attendatur.

ideò

D. Pauli exemplum non obstat, cum iussu agatur doctrina.

Lucæ 10. v. 7.

1. Cor. 9. v. 12. 13. & 14.

tendendâ, cum de exactione decimarum agitur erga Indos.

Cap. 1. de consuetudine in 6.

Affertio 4. non teneri ad illas si egeant, sicut neque generaliter pauperes.

Ratio ex P. Suario.

Alia boni Auctoris.

ideo in huiusmodi dubitatione ad consuetudinem diximus returrendum. Et Cap. Ad Apostolicæ, ibidem, verbis illis: Tu eligas in hoc casu, quod per consuetudinem diu obtentam ibidem videris obseruatum. Et sic alibi. Circa Indos tamen consuetudo nequit allegari. Id constat ex eo quòd erga illos non iure, sed iniuriâ agi solet, nec iudicari potest Pontificem circa hoc annuere, vbi pusillos & imbecilles violentia opprimit, vt consuetudo legitime præscripta iuxta iuris qualitates sanctè dispositas censetur, de quo dictum num. 199. Cum enim rationabilis esse debeat, ex Cap. Cum tanto, quod est finale de Consuetudine, & Cap. 1. de Constitutionibus in 6. id quidem in casu præsentis penitus definit, tum ex Cap. 1. de Consuetudine Titulato, & Libro, ubi sic dicitur: Corruptelam, cum sacris sit inimica Canonibus, & de ambitionis radice processerit, merito reputantes, &c. Quomodo ergo rationabilis esse consuetudo potest, in qua contra iura naturæ, violentiâ incussa, proceditur, & avaritiâ stimulante firmatur? Tum etiam ex citato Cap. finali, de Consuetudine, ubi quæ est iuri naturali contraria, penitus reprobat. Tum denique, quia id quod omnibus rectè sentientibus cum horrore proponitur, rationabile esse nequit, quia ratio consonat rationi, minimè passionibus lucem eius inuoluentibus obumbrata: sic autem euenit in præsentis, vt luce est ipsa manifestus. Cum etiam debeat esse legitime præscripta, ex citato Cap. finali. Cap. Non est, de Consuetudine in 6. & alibi: id sanè in calu nostro non suppetit: iuxta communem enim Doctorum sententiam, quos adducit Diana Parte 6. Tractat. 5. Resolut. 9. actus per vim & metum à populo elicit non sufficient ad stabilendam legitime consuetudinem. Pro quo est Cap. 5. de Regulis Iuris, in quo sic dicitur: Quod latenter, aut per vim, vel alia illicitè introductum est, nullâ debet stabilitate subsistere. Sic ibi. Videatur Dom. Villaroel Parte 1. Pacifica gubernationis, Quæst. 3. Art. 2. n. 41. & 42. vbi plures Auctores accumulati.

450 Dico quartò. Indi non tenentur decimas integrè soluere, si ita egeant, vt id quod subtrahunt, ad suam & suorum sustentationem, necessaria recognoscant, vt sæpe accidit. Sic Doctores qui de pauperibus generaliter loquuntur, ex quibus videri possunt P. Suarez supra Cap. 16. n. 15. & 16. P. Filiucius Tractat. 27. num. 167. P. Palaus Tractat. 1. Dissert. vniuersa, Puncto 11. num. 3. P. Vincentius Tancredi de Religione, Tractat. 4. Lib. 2. Dissert. 6. num. 4. & alij. Probat id P. Suarez ex Matris Ecclesie pietate: non enim vt simile est velle illam cum tanto rigore obligare pauperes vt ex fructibus sibi & familiarum sustentationem necessarijs, decimas soluere teneantur, vt postea sibi & suis de alimento necessario ad vitam emendicando protideant: nam prius tenetur quisque se alere, quam alios: præsertim hoc tempore, in quo pars illa decimarum, quæ pro alendis pauperibus destinata erat, disparuit, & Ecclesiastici illam possident, & sibi ita applicant, vt eam pauperibus non distribuunt. Argumenta, quæ contra hoc fieri possunt, soluit P. Fagundez Lib. 2. Cap. 3. numer. 4. & 5. vbi bene ait decimas minis principaliter solui in signum vniuersalis dominij Dei, principaliter autem ad congruam sustentationem Sacerdotum: & iniustum ac irra-

tionabile esse obligare aliquem ad alium sustentandum, cum tamen ipse fame pereat. Si infes nec teneri Sacerdotem gratis operam suam impendere; id negandum respectu pauperum, sicut de Medico, & Aduocato Doctores asserunt. Nec propterea Parochi fame peribunt, quandoquidem aliunde habent vnde satis superque sustententur, sicut Aduocati & Medici, cum sint multi decimas copiose soluentes. Iuvat id, quod ex grauibus adducit Zerola in Praxi Episcopali, Parte 1. verb. Decimæ, ad Primum, populum quidem teneri prætere alimenta Ministris de jure naturali, & diuino; secus verò si non indigeant. Accedit quod ait Caietanus 2. 2. q. 81. art. 1. §. Secundo dicitur, his verbis: Quia de jure naturæ decimæ dantur sunt in subsidium Ministrorum: idcirco si Ministris vacantes non indigent, cessat ratio obligationis iuris naturalis. Sic ille. Pauperes autem ad jus naturale reducuntur, cum pro necessitate non sit alia lex. Cap. Quod non est, de regulis juris.

Notanda doctrina.

Affertio 5. Irrationabiliter introductum non soluentur.

Tale cum ex vno decima exiguatur.

Probatio ex Lege, cuius Ecclesia secura exemplar.

Leuit. 27. v. 30. & seqq.

Cap. Omnes decimæ 16. q. 7.

Cap. Non est, de decimis, vbi sic dicitur. Et de omnibus bonis decimæ sunt Ministris Ecclesie.

451 Dico quintò. Quidquid irrationabile est circa exactionem decimalem, etsi consuetudine videatur introductum, non est censendum obligare. Constat ex generali scriptorum doctrina circa materiam præsentem, qui abrogandum existimant quidquid irrationabile est. Vnde Zerola supra, ad septimum, ait consuetudinem vt decimæ non soluantur, qualis in multis partibus Italia viget, ab Episcopis debere rescindi, cum sit irrationabilis. Quòd desumpsit ex Couarruuia Lib. 1. variarum, Cap. 35. num. 11. Sicut ergo quando irrationabilis videtur consuetudo, qua jus Ecclesie minuitur, & Ministris sua videntur debita procuratione fraudari, rescindenda illa est; ita & cum irrationabilis in præiudicium soluentium vergit, quia per paria debent iudicari. Talis autem videtur consuetudo vt ex vno indiuiduo decima pars soluatur, si solum illud natura consulerit, vt ex vno pullo animantis cuiusque, & similibus. In quo exactores aliqui inhumanè se gerunt, vnum illud penitus subtrahentes.

452 Probatur autem præfata positio ex Ecclesie sensu, iuxta exemplar Legis, quod secuta: sic enim in Cap. Omnes decimæ, 16. q. 7. vbi Dei præceptum adducitur ex Leuit. 27. v. 30. & seqq. & sic dicitur: Omnes decimæ terræ, sive de frugibus, sive de omnis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur. Boves, & oves, & capræ, quæ sub virga pastoris transeunt, quidquid decimum euenierit, sanctificabitur Domino. Non eligatur neque malum, nec in alterum commutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutar, & quod mutatum fuerit, Domino sanctificabitur, & non redimetur. Sed quia modo multi inueniuntur decimas dare nolentes; statuiimus vt secundum Domini præceptum admonerentur semel & secundo, & tertio, &c. Sic ibi ex Concilio Rothomagensi. Ex quibus manifestum est vnum ex decem naturæ fructibus, non verò vnam decimam partem ex vno solo deberi. Et iuxta hunc intellectum Canones alij indubitatè procedunt. Quòd & indicat Concilium Limentense tertium Act. 4. Cap. 12. dum soluendam ex omnibus terræ fructibus decimam Deo ait, qui dat omnibus abundè ad fruendum. Non ergo vbi nulla abundantia est, vt in casu nostro: neque aliter intelligendum id, quod habetur in Cap. Non est, de decimis, vbi sic dicitur. Et de omnibus bonis decimæ sunt Ministris Ecclesie.

Cap. Decima 16. q. 1.

D. Auguſt.

Eccleſie tribuenda, de omnibus inquam bonis, in quibus decimum aliquid numeratur. Vnde Gloſſa verb. de omnibus, citatum Cap. Omnes decima in confirmationem adducit, vtpote quod poſterioris illius intelligentiam manifeſtat: neque obſtat ſi quis dixerit, pro vnus illius nature fructu recognitione diuini domini deberi, iuxta id, quod habetur in Cap. Decima 16. q. 1. vbi ex D. Auguſt. ſerm. 119. de Tempore, ſic dicitur: Non igitur Dominus Deus premium poſtulat, ſed honorem. Deus enim noſter, qui dignatus eſt totum dare, decimam a nobis dignatus eſt recipere, no ſibi, ſed nobis ſine dubio profuturam. Sic ille. Licet enim recognitio talis debeatur, ea multis modis fieri poteſt, præſertim Euchariftici ſacrificij immolatione, cum in Miſſali Miſſa pro actione gratiarum, & ſpeciales orationes habeantur. Accipis filijs, Deo debetur recognitio, nec tamen pro illis, cum pretioſiſſimi omnium fructus ſint, oblatio exigitur decimalis. Et ipſi quidem, quibus decima ſoluuntur, pro earum debent grati eſſe proventibus, nec tamen decimarum ſolutione, & ſic aliàs.

Aſſertiones alia pro eodem.

Aſſertio 6. à nouiter conuerſis exigendas non eſſe.

D. Thom.

453 Dico ſexto. Ab Indiſ, qui de nouo ſunt conuerſi, non ſunt decima exigenda. Id planum; quia vt conuertantur, non ſolum Euangelicâ prædicatione, ſed muneribus attrahuntur: tali enim genio præditi plerique eorum ſunt, immo & fere omnes. Qui ergo fieri poſſit vt ab eisdem decimales laborum portiones exigantur? Pro quo eſt doctrina D. Thomæ 2. 2. q. 87. art. 1. ad 5. vbi ſic ait: Miniſtri Eccleſie maiorem curam debent habere ſpiritualium bonorum in populo promouendorum, quam temporalium colligendorum. Et ideo Apoſtoli noluit vti poteſtate ſibi à Domino tradita; ſcilicet vt acciperet ſtipendium victus ab his, quibus Euangelium prædicabat; ne daretur aliquod impedimentum Euangelio Chriſti. Nec tamen peccabant illi, qui non ſubueniebant; alioquin Apoſtoli eos corrigere non omiſſiſſet. Et ſimiliter laudabiliter Miniſtri Eccleſie non requirunt, vbi ſine ſcandalo requiri non poſſent, propter diſſuetudinem, vel propter aliquam aliam cauſam. Nec tamen ſunt in ſtatu damnationis qui non ſoluunt in locis illis, in quibus Eccleſia non peti; niſi forte propter obſtinationem animi, habentes voluntatem non ſoluendi, etiamſi ab eis peterentur. Hæc S. Doct.

Circa tempus exactionis quid tenentur, & vitia alia.

Indos non peccare diu no ſoluunt.

454 Ex quibus compertum habetur Indos non eſſe pro ſolutione decimarum vrgendos, donec in fide adultas radices egerint: neque circa hoc temporis eſt ſtatuenda meſura, ſed tunc de eo tractandum, cum ipſi ad ſolutionem bene fuerint animati: omne enim temporale bonum debent Euangelici miniſtri ſpirituali eorumdem poſthabere. Neque propterea credendi ſunt illi in malo ſtatu eſſe, dum beneuolas aures non præſtant de decimis admonentibus, ſicut S. Doct. aduertit, quia ſtare talis reſiſtencia poteſt ſine graui peccato, dum illis talis obligatio non proponitur ita ſtrieta, vt ſub mortali reatu vrgeat. Et ex eo quod audiunt alios grauius obligari, non eſt neceſſarium ſe pariter obligatos arbitrari, quandoquidem alij obligationes multas ſubeunt, à quibus ipſi ſunt virtute priuilegiolorum immunes, & Chriſtus quidem vt baptizati Gentes poſſent,

nullum Eccleſiaſticum præceptum eis imponendum docuit, ſed ea tantum quæ ab ipſo Domino præcepta fuerant, dum Matth. 28. v. 19. & 20. ſic locutus: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: docentes eos ſeruare omnia quaecumque mandaui vobis. Quod ergo ait D. Thomas: Niſi forte propter obſtinationem animi, non eſt ad Neophytos referendum ſed ad veteres Chriſtianos, vt ex Commentario Cardin. Caietani conſtat, dicentis ita dictum; quia volentes dare petentibus Miniſtris decimas, poſſent allegare aut præſcriptionem, aut Eccleſie Romanæ tacitam donationem, eo quod tam diuturno tempore ſciunt & tolerauerunt.

Card. Caietanus.

Notanda ex eodem doctrina.

455 Et roboratur doctrina tradita ex iis, quæ citatus Commentator addit in fine ſic dicens: In eadem reſponſione iuncta Corpori Articuli, Nota quod ſi gens aliqua vellet fidem Chriſtianam amplecti ſine onere decimarum, non ſolum Eccleſia poſſet eis hoc concedere, quia Eccleſiaſtica auctoritate decima debentur; ſed deberet eis hoc concedere: quia Miniſtri Eccleſie maiorem debent habere curam ſpiritualium bonorum in populo promouendorum, quam temporalium colligendorum; & Apoſtoli exemplo efficere deberent ne decimarum onus præſtaret impedimentum Euangelio Chriſti. Hæc ille. Si ergo ita fidem accipere poſſunt, vt onus tale à ſe penitus amoliantur, non eſt cur debeant ad illud ſubeundum adigi, qui cum de ſuſcipiendo Baptiſmo egerunt, nihil tale cogitarunt. Neque magnum inde Eccleſia detrimentum accipit, tot nouellis germinibus adornata; præſertim quod onus à parentibus depulſum poteſt ſuccedentibus temporibus filijs imponi, cum ea tamen moderatione, quæ maternam Eccleſiæ deceat pietatem. Quod verò ad ſuſtentionem Miniſtrorum attinet, non eſt alicuius conſiderationis, quia numquam illis diuina eſt prouidentia defutura: & in Indiſ minùs eſt ea ex parte timendum; cum Rex Catholicus adminiſtranda neceſſaria Euangelicis operarijs teneatur; quod & abundè præſtat, & multiplicari eos exoptat, atque hortatur crebris literis, quibus ad Miſſiones excitat, abundantius emulatores exiſtens, vt aliàs Apoſtoli, Patrumque ſuarum traditionum. Viuat vtiſſimam diu inimicis circumquaque irruentibus triumphatis. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

Circa ſuſtentionem Miniſtrorum non habentur.

456 Dico ſeptimo. Indorum priuilegia circa ſolutionem decimarum ſpecialia nulla ſunt, niſi quæ in diuerſis prouincijs inuexit conſuetudo: dum alij nihil, alij non decimam, ſed vigefimam, & cum diſtinctione fructuum, vt decima pro quibusdam, vigefima pro alijs tribuatur. Quia verò omnes cum tributo id ſoluunt, quod ad ſuſtentionem ſpectat Parochorum, reipſa priuilegio nullo potiuntur, ſed minùs graue onus ſuſtinent, quod tamen tollendum penitus Aſſertione eſt ſecundâ demonſtratum. Videat ergo ſua Maieſtas quid magis in negotio præſenti ad commune bonum expediat, eâ irrefragabili perſuaſione, ex Indorum conſuetudine, & paternâ tractatione bonum commune pendere: pro quorum aliàs conuerſione, & promouendâ fide, ac Chriſtianis ſtabilendiſ moribus, grauiffimâ obligationis pondus ſuſtinetur.

Aſſertio 7. qua priuilegia ſpecialia Indorum circa illas.

457 Dico octauo. Suppoſitâ tributâ quantitate,

Aſſertio 8. Circa primitias, & qualiter ab Indi debeantur.

Quid determinati non dicere. Et cur decima etiam primitia dicantur.

Conſuetudo vt ſeruetur circa illas.

Aſſertio 9. Circa oblationes, & Indos non teneri ad illas, ſicut neque generaliter alios per ſe loquendo.

titate, quam Indi pro Parochorum ſuſtentione dependunt, ſi aliquid præterea decimæ nomine ſoluant, non tenentur ad primitiarum ſolutionem. Probatuſ rationibus adductis Aſſertione 2. pro decimis. Licet autem decimas & primitias Auctores diſtinguant in hoc, quod illæ primariò ordinentur ad ſuſtentionem Miniſtrorum, & ſecundariò ad Dei honorem; e contrario verò primitiæ. Pro quo D. Thomas 2. 2. quæſt. 86. artic. 4. P. Fagundez Lib. 4. Cap. 1. & alij communiter. Id non cogit vt deberi in rigore cenſeantur: quia id quod decimæ nomine ſoluitur, cum ex obligatione ad ſuſtentionem non ſit, poteſt primitiæ rationem habere: ſic enim eſt virtualis aut interpretatiua voluntas ſoluentium. Non enim primitiæ aliquid determinatum dicitur ex parte rei, quæ datur, vt ſit ex primis terræ fructibus, aut proventibus, ſed poteſt eſſe ex quibuscumque, vt notant Doctores; ſic enim & decimæ dicuntur etiam primitiæ, quia ſoluendæ ſunt antequam deducatur tributum alicuius domini, cuius forſalè eſt feudalſ fundus, & antequam extrahatur ſatum, & expenſe, & in ſumma ante omnia, vt notat Zerola in Praxi Episcopali verb. Decime, circa Nonum Parte 1. Si verò Indi cum tributo decimas non ſoluant, & conſuetudo ſit vt loco primitiæ aliquid tribuatur; poterit quidem peti, ſed cum maximâ moderatione: vt ſcilicet ſit eorum tenuitati conforme, & minimè relinquendum exigentium voluntati, quia circa iſta inhumana ſolent violentiæ contingere, vnde neque conſuetudinem attendendam diximus Aſſert. 3. licet alioqui ſeruanda in primitiis conſuetudo ſit, vt docet D. Thomas ſuprà. Et alij communiter, quorum aliquos aſſert P. Fagundez ſuprà num. 4. Niſi talis illa, quæ à Prælatis ſit approbata, & rationabilis, vt de conſuetudine Iura ſtatuunt, & vidimus num. 449. Quod enim Prælatorum poteſtas ad talia ſe extendat, ex Iure oſtendit P. Suarez. Tomo 1. de Religione Tract. 2. Lib. 1. Cap. 5. numer. 9. Pro quo & Concilium Limenſe Tertium Act. 4. Capite. 12.

Indi ad Oblationes qualiter teneantur.

458 Dico nono. Indi non tenentur ad oblationes in feſtiuitatibus faciendas ad offeritorium Miſſæ, etiam ſi circa hoc videatur eſſe conſuetudo. Primum probatur ex communi ſententiâ, quam cum aliis tenet & probat P. Azor. Tomo 1. Lib. 7. Cap. 7. Quæſt. 11. ex quo hauit P. Fagundez ſuprà num. 5. P. Palaus Tomo 2. Tract. 10. Diſputat. Vnica Puncto 17. num. 2. P. Vincentius Tancredi de Religione Tract. 1. Lib. 2. Diſput. 1. num. 8. P. Bauny Tomo 1. Quæſt. 41. Tract. 10. qui tres tantum agnoſcit titulos obligationis, quorum duo in præſenti locum non habent, tertio autem, conſuetudine ſcilicet, dicemus ſtatim. Et omnium optimè P. Suarez ſuprà num. 2. & ſeqq. qui dicunt oblationum per ſe loquendo nullam eſſe obligationem, neque ex iure naturali, neque diuino, aut Eccleſiaſtico. Qui verò allegari poteſt titulus ſuſtentionis, reſpectu Indorum non habet locum, quia cum tributo id præſtant, quod eſt ad illam neceſſarium. Si verò decimas ſoluant, id maniſteſtius apparet.

Et aliunde Rex Catholicus debet illis de Miniſtris neceſſarijs prouidere, cum eo enim onere dominium eſt illis Indiarum generaliter attributum. Quod ſi circa hoc defectus aliquis contingat, non ideo Indi ad ſupplementa Magiſtratum obligandi ſunt; pro quo videnda quæ habet P. Suarez ſuprà num. 7. & 8. 459 Secundum autem, quod ſcilicet ad conſuetudinem attinet, probari primò poteſt ex doctrina grauium Scriptorum, qui aſſertant conſuetudinem circa oblationes non eſſe obligatoriam in conſcientiæ foro; quia cum oblationes gratis fuerint factæ ab exordio, & cum eodem reſpectu continuatæ, non poteſt ex illis ritulus onerofus emergere. Sic Angelus verb. Oblationes num. 1. in Additionibus ad illum. Sotus Lib. 9. de Inſtituta Quæſt. 6. Artic. 1. & alij: quod probabile reputant P. Azor ſuprà & Cap. 27. Quæſt. 12. id abſolute aſſertant, quando abſolute conſtiterit oblationes ſtudio pietatis & religionis in Deum liberaliter fieri. Fatetur etiam eſſe probabile P. Palaus ſuprà num. 3. in quod etiam maximè inclinât, aſſertens num. 4. oppoſitam ſententiam ſolum propter auctoritatem Doctorem eſſe probabiliffimam. Deinde probari poteſt ex dictis Aſſert. 3. circa conſuetudinem in rebus huiusmodi, quæ per violentiam tantum ſolet induci. Vnde tantum abeſt quod Indi ad oblationes obligari poſſint, vt potiùs Parochi ad reſtitutionem eorum, quæ per vim obtinuerunt, ſint indubitanter obligati. Violentia autem circa hoc facile dignoſci poteſt, puſillanimitate Indorum attentâ, & circumſtantijs exactiõis obſeruati, in quo nullus eſt alius neceſſarius iudex, quam propria Parochorum conſcientia, ſi eam ſemotis auaritiæ tumultibus velint auſcultare. Extat autem in Concilio Limenſi Tertio Act. 2. Cap. 38. prouida circa hos Conſtitutio, dum ſic loquitur: Sed neque ad oblationes faciendas in Miſſa, aut aliàs Concilium Indi cogantur: ſed ſi quis offerre voluerit, intelligat id Limenſe 3. quidem meritorium & pium, ſed tamen proſus liberum eſſe, vel ſacere vel non ſacere. Sic Concilium. Quod & Synodus Diœceſana Limenſis Lib. 3. Titulo 5. Cap. 6. pari verborum grauitate decernit. Et iuxta illa quæſtio omnis circa hoc ceſſat, vt ſcilicet nequeat pro obligatione ad oblationes faciendas conſuetudo earum allegari, quandoquidem Concilium eas ſemper liberâ eſſe reſtat. Videnda etiam quæ poſt hæc ſcripta in Decifione Rotæ viſa apud Dianam Parte 11. fol. 660. Col. 2. vbi eruditè oſtenditur quod ex actibus facultatijs, ſeu ſpontaneis, non inducitur poſſeſſio contra aliquem. Quod ſi Parochus huius liberæ facultatis non admoneat Parochianos, & ita illi vt obligari offerre pergant, non eſt propterea legitima cenſenda conſuetudo, iuxta dicta num. 449. Nec debet Parochis ſua prodeſſe malitia, aut incuria, qui eo ipſo ad reſtitutionem aliquam tenentur, cum ſit doctrinæ defectus, de quo Concilium citatum Act. 3. Cap. 14. vbi licet de eo tantum doctrinæ defectu agat, qui propter abſentiam inofficioſam accidit, ad defectum etiam qualemcumque referendum eſt: dum enim minus laboris impendit, quam ſit obligatus, & in re quidem, ex quâ Indi non leue detrimentum ſubeunt, minùs etiam ſtipendij debet accipere, M M vt

Neque ratione conſuetudinis.

Parochos ad eorum reſtitutionem teneri.

Nec tacite turmatem illa prodeſſe.

Ex doctrina defectus ritulus aſſertus.